

89

Quicum intellexisset apraetereuntibus scm̄
uedastum xp̄i seruum in eodem iter agere
comitatu clamauit: Sc̄e et electe dō uedas
te miserere mei. et supnam pio pectore
diligentius deposce potentiam. Ut meae
subueniat miseriae. Non aurum posco
nec argentum. sed ut mihi lumen p̄ sc̄itatis
tuae preces restituat oculorum.
Sensit itaque uir dī uirtutem sibi adesse
supernam. Non ob illius caeci tantum modo
sed plus propter praesentis populi salu
tem. Totum se in sacras effudit preces.
In diuina fidens pietate. dexteram cum
signo crucis posuit sup oculos caeci dicens.
Dn̄e ihū. quies lumen uerum. quia peruisti
oculos caeci adte clamantis. aperi oculos
et istius. Ut intellegat populus iste prae
sens. quia tues solus ds̄ faciens mirabilia
in caelo et in terra. Mox ille caecus
lumine recepto gaudens perrexit uiam
suam. In quo loco tempore sequenti

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
VEREINIGTE DOMSTIFTER zu Merseburg und Naumburg und des Kollegiatstifts Zeitz
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Domstiftsbibliothek Merseburg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dstibm_cod105/0181